



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de
Coloniae Agrippinae, 1674**

Privilegium Cæsareum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

EOPOLDUS Divinâ favente Clementiâ electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatia, Slavoniæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, Comes Tyrolis, &c. Agnoscimus & notum facimus tenore presentium universis; Quod cum nobis fidelis nobis dilectus WILHELMUS FRIESEM Bibliopola Colonienfis humillimè exponi curârit, statuisse se devotè nobis dilecti JOANNIS à CHOKIER de SURELET Cathedralis Ecclesiæ Leonhardi Canonici & in Spiritualibus Vicarii Generalis, Commentaria in Regulas Cancellariæ Apostolicæ pro utilitate tum juris Canonici tum præces Beneficentiæ & Cancellariæ Romanæ studio summo suis sumptibus præli beneficio sub forma quarti in lucem edere; vereri autem, ne alii Typographi seu Bibliopole quæstus causâ eandem editionem magnò suo imitentur, Ac idcirco demissè nobis supplicarit, ut indemnitati hoc loci suæ Privilegio nostro Cæsareo consulere clementer dignaremur, Nos istiusmodi precibus uti equitate nitentibus benignè censuerimus annuensum: Proinde omnibus & singulis Bibliopolis, Typographis, Bliopogis aliisque quibuscunque rem seu negociationem Librariam exercentibus prædictæ scripæ atque districte, & sub pœna trium marcarum auri inhibentes, ne quisquam eorum opus intra Sacri Romani Imperii Regnorumque & Dominiorum nostrorum hæreditarium fines præter prædictum JOANNEM WILHELMUM FRIESEM ejusvè hæredes, eodem modo vel formâ integrè aut pro parte edere, recudere, vel alio recudendum dare, vendere, venum dare, aut clam vel palam distrahere præsumat; quatenus comminatum pœnæ et semel Camera Nostræ Imperiali, & pro reliquo parti læsæ irremissibiliter pendendam accurre, & omnibus exemplaribus quocunque loco reperitis (quorum sibi vel propriæ auctoritatis vel Magistratus loci auxilio vindicandorum antedicto impetranti ejusvè hæredibus vi præsentium liberum sibi) privari noluerit; dummodo tamen dicta Commentaria orthodoxæ Religionis ac Sacri Imperii constitutionibus bonisque moribus contrariè nihil intendant, & tenorem Privilegii hujus nostri in fronte impressum exhibeant, quaternaque exemplarum eorum exemplaria ad Cancellariam nostram Imperialem impetrantis sumptibus quantum transmittantur. Mandamus ergò universis nostris & Imperii Sacri Regiorumque & Ducatuum nostrarum hæreditariarum subditis, cujuscunque Status, Gradus, Ordinis, Conditionis aut Dignitatis existant, tam Ecclesiasticis, quàm Sæcularibus, præsertim vero iis, quos Magistratu constituti vel proprio vel superiorum nomine & loco, jus ac justitiæ administrationem exercent, ne quinquam Privilegium hoc nostrum Cæsareum temerè & impunè infringere aut violare patiantur; quin potius contumaces, quos compererint, præscripta pœna multari, aliisque modis idoneis coerceri curent; quatenus & ipsi eandem multam evadere voluerint. Harum testimonio Litterarum manu nostrâ subscriptarum & Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Quæ dabantur in Civitate nostra Viennæ die tercia Mensis Aprilis, Anno millesimo sexcentesimo septuagesimo quarto, Regnorum Nostrorum Romanæ decimo sexto, Hungarici decimo nono, Bohemici verò decimo octavo, &c.

LEOPOLDUS

Vidit Leopoldus Wilhelmus Comes
in Kinigsegg, m. p.

Ad mandatum Sac. Cæs. Majestatis proprium.
CHRISTOPHORUS BEUER m. p.

REGIA
CANCELLARIA
IMPERIALIS
VIENNAE
SIGILLUM
CANCELLARII
IMPERIALIS
VIENNAE
M. C. CC. LXXIV
III
B